ſionem, de quo videri poſſunt, D. Antonin. part. 2. tit. 14. cap. 10. §. 3. Maldonat. in Evangel. in 4. capit. 19. Abulenſ. ibidem, quæſt. 46. 51. Pat. Suar. ubi ſupra, lib. 9. cap. 4. num. 6. 16. Sanchez de matrimon. lib. 10. diſp. 1. num. 7. Hinc jure Canonico permiſſivè toleratur electio digni, omiſſo digniore, ob gravius malum vitandum, etſi elector peccet; ut per Molin. de primogen. lib. 2. cap. 5. num. 55. Hinc uſuras moderatas in Republica poſſe permitti, licet jure naturæ prohibeantur, ſcripſit poſt alios Leotard. ſup.

Ibi: *Ergo cum læſio etiam citra dimidiam.*

56 Lædens alterum, etiam infra juſti pretii dimidiam in contractu venditionis, graviter peccat, & ad exceſſus reſtitutionem in foro animæ tenetur, niſi parvitas materiæ excuſet, Molin. ubi proximè, numer. 5. Dicaſtill. de juſt. lib. 2. tract. 9. diſp. 1. dub. 9. ex num. 127. Card. Lug. d. diſp. 26. ſect. 6. n. 81. ubi latè probat; Bonacin. in ſumm. tom. 2. tract. de contractib. diſp. 3. quæſt. 2. punct. 4. num. 6. in fine, Molin. diſp. 350. n. 5. Hermoſ. ubi proximè, Guttierr. Canonicar. lib. 1. cap. 9. n. 12. Cyriac. d. controverſ. 169. n. 13. Felician. de cenſib. lib. 2. c. 1. à num. 7. Scaccia de commerc. §. 1. quæſt. 7. part. 2. ampliat. 10. num. 2. Farinac. infra ment. crimin. part. 1. verbo, deceptio, num. 44. Barboſ. in collectan. ad l. 2. numer. 116. Cevall. tom. 2. quæſt. 508. num. 1. Mantic. de tacit. & amb. convent. lib. 4. tit. 20. num. 54. Tepat. ſupra, tit. 403. c. 2. in fine, & plurimi alii, quos congerunt Barboſ. num. 114. 115. & Hermoſ. ſupra, & ita omnino tenendum eſt, quidquid doceant Padilla n. 73. Didac. Per. in l. 1. gloſ. unic. col. 17. ad finem, verſ. Ex quo inferri poteſt, tit. 7. lib. 5. Ordinam, Menchaca controverſ. uſu frequent. lib. 3. cap. 48. per totum, Ancharran. in cap. peccatum, concluſ. 4. in princip. de reg. jur. in 6. Decius in l. ſemper, in fin. ff. de reg. jur. Duenas, reg. 148. Parlador. qui alios refert, different. 12. §. 2. n. 13. Et ad conſtitutionem exceſſus, computatio eſt facienda ex parte emptoris ab infimo pretio, ex parte venditoris à ſupremo, Dicaſtill. ſup. dub. 11. n. 144. 145.

Ad Num. 12.

57 Sunt qui præfatam concluſionem limitant, cum contrahens ignorans juſtum rei pretium bona fide lædit; nam hic, læſione poſtea cognita, nec peccat, nec reſtituere debet exceſſum, Ancharran. ſupra, num. 22. Benincaſ. de vendit. ad temp. cap. 5. num. 11. Burg. de Paz in cap. cum dilecti, num. 2. de empt. Ludovic. Gom. in cap. 2. num. 7. de conſtitut. in 6. Barboſ. ſupra, num. 117. Hermoſ. d. gloſ. 9. num. 31. & Juriſperitorum hanc magis communem ſententiam, dicit Cevall. d. quæſt. 508. n. 3.

Contrarium ſanè verius eſt: ſcilicèt poſt cognitionem læſionis peccare contrahentem niſi reſtituat, cum poſſit; ut cum D. Covar. affirmant omnes ferè Theologi, Cardin. Lug. num. 82. verſ. Arguunt quartò, Scotus in 4. diſt. 15. q. 2. Sylveſt. in ſumm. verbo Emtio n. 9. ad finem, Medina de reſtitut. quæſt. 32. col. 8. verſ. Quartum, & quæſt. 33. col. pen. ult. verſ. Tertia propoſitio, Navarr. in cap. qualitas, num. 42. de pœnit. diſt. 6. Cevall. ubi proximè, Trullench. in Decalog. tom. 2. lib. 7. c. 20. dub. 11. num. 10. Molin. diſp. 350. n. 6. Leſſ. de juſt. lib. 2. c. 21. dub. 11. n. 84. & alii communiter. Nec in contractibus obligatio reſtituendi provenit à mala fide contrahentis, ſed ab actu externo contra juſtitiam, Pat. Vazq. in opuſcul. de reſtitut. c. 2. §. 2. dub. 2. num. 25. & probavimus ſupra, lib. 1. c. 11. num. 61. Unde, nec mala fides poteſt, ad reſtituendum obligare, niſi actus injuſtus fuerit; nec bona, ab ea obligatione eximere, ubi proximus injuſte læditur.

58 Poſſet tamen prima ſententia intelligi, cum uterque contrahens rei diſtractæ valorem ignoravit, & ita actum eſt, ut ambo ſe fortunæ committerent, remittendo ſibi invicem, quod præter juſtum pretium datum eſt, vel acceptum; quo caſu non tenebitur, qui læſit, quicquam reſtituere, cùm & ſe periculo læſionis expoſuerit; Molin. diſput. 353. num. 1. Bonac. tom. 2. tract. de contract. diſp. 3. quæſt. 2. punct. 4. num. 6.

Ibi: *Omnes tamen conveniunt.*

59 Dupliciter in contractibus quiſpiam alterum lædere poteſt, vel mendaciis, ac cavillationibus ad fallendum adhibitis, vel ſola ea induſtria, qua unuſquiſq; proprio patrimonio conſulens cum majori compendio nititur negotiari, etſi ſciat injuſtè agere; l. ſi voluntate, 8. C. de reſcind. vend. Primo caſu, dolum ex propoſito intervenire dicimus; ſecundo, ſolùm re ipſa contingere: cùm ſcilicet abſque aliqua fraude contrahens graviter læſus in effectu reperitur; Parlad. ubi proximè, Cyriac. tom. 1. controverſ. 160. ex num. 64. Menoch. conſ. 412. num. 7. Hermoſ. in d. l. 56. gloſ. 11. num. 47. Molin. de primog. lib. 2. c. 3. n. 13. in fin. & n. 17. verſ. Item ultra dolum. Dolus verò re ipſa contingens verè talis non eſt, cum non ex quantitate, ſed ex qualitate facti dolus arguatur; l. dolus 10. C. de reſcind. vend. Cyriac. ſupr. n. 66. Card. Lug. diſp. 22. n. 96. Molin. diſp. 352. n. 1. Pet. Greg. ſyntagmat. lib. 21. c. 13. n. 14. Sic tamen ab effectu appellatur, quandoquidem læſus damnum patitur, ac ſi dolus interveniſſet; quemadmodum Conſultus, in l. ergo 4. § Si quis autem, ff. de fideicommiſſ. libertatib. fraudari creditores dixit, qui ſolo effectu, non conſilio debitoris lædebantur.

Hoc autē limitatur in enormiſſima læſione, in qua dolus re ipſa contingens, propriiſſimus, & ex propoſito adhibitus præſumitur, quāvis animus fraudandi lateat; Menoc. cū aliis, ubi proximè, Hermoſ. d. gloſ. 11. n. 46. Ioſeph. Ludovic. Peruſ. deciſ. 18. n. 70. Inter dolū autem ex propoſito præſumptū, & verū, quoad contractuū reciſſionem nulla agnoſcitur differentia, Hermoſ. cū aliis in l. 57. gloſ. ult. n. 24. tit. 5. part. 5. Unde quicquid in dolo ex propoſito ſtatuitur, in læſione enormiſſima obſervatur, ut ex dictis hic, & cap. proximo præcedenti conſtabit.

Eſt tamen inter utrumque notandū diſcrimen, quòd dolus veri ſus actionem in doloſum præſtat criminalem, non ſic præſumptus; Bart. in l. quod Nerva, n. 13. ff. depoſit. Boſ. in prax. crim. tit. quomod. proced. in act. in d. tit. n. 37. Ioā. Mill. in prax. crim. rub. Accuſationis formula, n. 12. 13. Iul. Clar. in prax. crim. §. Homicidiū, col. 2. verſ. Hæc tamē concluſio, Menoch. cōſ. 194. n. 3. Et nota, quòd ut dolus re ipſa contingere dicatur, neceſſe non eſt, læſionem eſſe enormē, aut enormiſſimā, ſed quamlibet gravem, Parlad. ubi proximè, qui alios refert aſſerentes dolum re ipſa contingere, cùm quis intra dimidiam læditur.

Igitur quoties dolus ex propoſito in emptionis contractu reperitur, ob quamcumque læſionem, etiā infrà dimidiā, eſt nullitati, vel repetitioni locus, Ant. Gō d. c. 2. n. 21. in fin. Noguerol. alleg. 18. n. 82. Mangil. de evictionib. q. 106. n. 15. 16. Mantic. d. tit. 20. n. 61. Galerat. de renunciat. renunciat. 10. n. 17. Aug. Barboſ. in collectan. ad d. l. 2. n. 105. 106. Hermoſ. in d. l. 56. gloſ. 9. ex n. 17. Guttier. de gabell. q. 9. n. 17. Cevall. tom. 1. q. 226. n. 6. Cyriac. tom. 3. controverſ. 412. n. 7. 8. Matienç. in l. 1. gloſ. 1. n. 11. tit. 11. lib. 5. Recop. Farin. d. verb. deceptio, n. 43. 60

Verſ. *Quoties verò læſio.*

Dolus ex propoſito, aut eſt dans cauſam contractui, aut 61 eſt incidens; tunc autem dolus dat contractui cauſam, cum eo inducitur quis ad contrahendum, aliàs minimè contracturus, veluti ſi homini de emptione non cogitanti, falſa cauſa propoſita, aliquis ad emendum ſuadeat, l. eleganter 7. ff. de dol. l. 57. tit. 5. p. 5. Card. Lug. ſup. n. 67. Bonacin. tract. de reſtitut. d. diſp. 3. q. 1. punct. 1. §. 2. n. 2. Dicaſtill. de juſt. lib. 2. tract. 3. diſp. 1. dub. 6. n. 61. Caroc. de depoſit. p. 2. tit. Adverſ. quos det. act. depoſit. n. 5. Cardoſ. in praxi judic. verbo, contractus, n. 18. Sanch. de matrimon. lib. 1. diſp. 64. n. 2. Pichard. in princip. n. 18. Inſt. de exception. Barboſ. in collectan. ad l. ſi ſuperſtite, n. 2. 10. C. de dol. Qui quidem dolus contractus bonæ fidei ipſo jure reddit inanes, non ſic ſtricti juris, nam iſti mero jure tenent, licèt per exceptionem, vel actionem de dolo læſis ſuccurratur, Guttier. d. q. 9. ex n. 5. Valaſc. de jur. emphyteut. q. 5. n. 9. Padilla in l. tranſactione finita, C. de tranſact. Molin. diſp. 352. n. 2. 14. Cyriac. tom. 3. controverſ. 412. n. 6. Caroc. ſupra, n. 6. Ant. Gom. ubi proximè, Parlador. different. 42. n. 6. Covarr. miſcellanear. lib. 2. c. 8. D. Covar. latè in reg. poſſeſſor. part. 2. §. 6. n. 6. qui n. 8. ait, hanc differentiam non procedere in foro conſcientiæ, in quo omnes contractus dolus irritat; ſequuntur Guttier. n. 7. Molin. d. diſput. 352. Hermoſ. in d. l. 57. gloſ. 1. n. 1. Bonacina cum aliis, n. 3. Sed videas Card. Lug. à n. 70.

62 Quam differentiam inter contractus bonæ fidei, & ſtricti juris, de jure Canonico non admitti, quia ſecundùm illud omnes contractus bonæ fidei ſunt; ſentiunt Hermoſ. ubi proximè, num. 19. Bald. in cap. 1. in fine. de pluſpetit. Iaſ. in §. Actionum, num. 4. Inſt. de actionib. Bonacoſ. de æquit. Canon. concluſ. 60. Caroc. ſupra, num. 8. Cevall. d. quæſt. 226. num. 7. Sed verius eſt, jure Canonico, neque hanc, neque alias differentias inter contractus bonæ fidei, & ſtricti juris, eſſe ſublatas, argumento cap. cum venerabilis 6. in fine principii, de except. D. Covar. ubi proximè, num. 5. Parlador. d. differen. 42. num. 7. Sarmient. ſelect. interpr. lib. 3. cap. 3. Alciat. in rubric. ff. de verbor. obligat. n. 4. & eſt communiter receptum.

63 Eſt advertendum, quòd non aliter contractus nulli ſunt propter dolum, niſi talis fuerit, ut in virum prudentiſſimum, & ſagaciſſimum poſſi cadere, ut ex multis probat Hermoſ. d. gloſ. 1. in fine, ibi rectè ait; hoc in arbitrio Iudicis eſſe, qui pro perſona decepti æſtimabit, num dolo fuerit ad contrahendum inductus; faciliùs enim ruſticus, quàm induſtrius, ac peritus ſeductus præſumitur. Nec ex verbis, quæ à contrahentibus communiter jactantur, dolus eſt arguendus, argum. l. ſciendum 19. §. Dictum, in fin. ff. de ædilit. edict. Molin. d. diſp. 352. n. 16.

64 Dolus verò incidens dicitur, cum contrahens decipitur, ut cum proprio detrimento contrahat, etſi alioqui eſſet contracturus; veluti ſi emptori Stichum dicatur, eum eſſe pictorem, aut fabrum, per mendacium, propter quod pluris emit, quàm veritate cognita compararet; quo caſu contractus mero jure ſubſiſtit, exceſſus verò reperitur, data actione læſo ex eodem contractu, quamvis læſio non ſit ultra dimidiam, d. l. ſi voluntate, C. de reſc. vendit. d. l. & eleganter, ff. de dol. ubi Gloſ. d. l. 57. tit. 5. part. 5. & ibi Hermoſ. gloſ. ult. num. 1. 2. Guttierr. d. quæſt. 9. num. 17. Molin. d. diſp. 352. n. 10. Ferret. in l. ſi quis cum aliter, ff. de verbor. obligat. Cyriac. d. controverſ. 412. num. 6. Pichard. in §. Actionum, quæſt. 9. Inſt. de action. & in princip. num. 19. Inſt. de except. Caroc. ſupra, Matienç. in l. 2. gloſ. 1. n. 4. tit. 11. lib. 5. Recopil. Anton. Gom. ubi proximè, Cevall. d. quæſt. 226. n. 6. Card. Lug. n. 67. verſ. Dolus incidens, Bonacin. num. 16. Sanch. num. 2. Dicaſt. n. 61. 81.

65 Hæc, ubi dolus ab altero è contrahentibus adhibetur. Quòd ſi Tertius ſit, qui decipiat; primò in eo de dolo actio datur; & in ſubſidium, cùm hic ſolvendo non eſt, adverſus contrahentem, qui commodum ex fraude percepit, quatenus locupletior eſt factus, agitur: Hermoſ. in d. l. 57. gloſ. 1. num. 21. 22. Scaccia d. ampliat. 10. num. 8. 13. Caroc. de locat. tit. de dol. dant. cauſ. contractui, num. 9. 10. 24. & de depoſ. tit. ſuprà citat. n. 13. Azor. inſt. moral. part. 3. lib. 6. tit. de contractib. cap. 10. quæſt. 2. Mantica ſupra lib. 1. tit. 9. nu. 6. 9. De quo Card. Lug. n. 83. Dicaſtill. à nu. 87. Bonac. nu. 3. verſ. Dixi, ſi dolus. Ex quibus nota; quòd cùm dolus intervenit quomodocumque circa ſubſtantiam rei emptæ, etiam à tertio adhibitus, non tenet contractus ex defectu conſenſus, Dicaſtill. tract. 9. diſp. 3. dub. 2. ubi de emptione.

66 Quibus præmiſſis ſciendum eſt, quod quoties dolus contractui cauſam dans in venditione reperitur, optio ipſi læſo etiam infra dimidiam competit, ut à conventione omninò recedatur, vel ut ei ſtetur, ſibique id, in quo fuit læſus, reſtituatur; Farin. in fragmen. verb. deceptio, n. 34. verſ. Et deinde Plaç. in epitom. delictor. c. 36. n. 17. verſ. Quòd ſi læſio, Matienç. in d. l. 1. gloſ. 1. n. 11. tit. 11. lib. 5. Recopilat. Mexia, ad leg. Tolet. in reſp. ad 6. & 8. part. primæ fundament. n. 61. verſ. Aretinus ipſe, & in pragmat. tax. pan. concluſ. 1. n. 58. Barboſ. in collectan. ad l. tranſactionem, n. 5. C. de tranſactionib. & in collectan. ad d. l. 2. n. 74. Hermoſ. in d. l. 56. gloſ. 5. n. 17. Didac. Per. in l. 1. gloſ. unic. verſ. Si verò fuit, & verſ. Et hæc eſt regula, tit. 7. lib. 5. Ordinament. Mantic. d. lib. 4. tit. 20. n. 61. Scaccia d. ampliat. 10. à nu. 7. Quod conſequetur læſus actione ex eodem contractu: nam etſi nullus ipſo jure ſit; tamen conſenſu ejus, ob cujus favorē annullatur, poteſt validus fieri: Ant. Gom. dict. capit. 2. numer. 21. in fin. Surd. deciſ. 108. Cancer. part. 1. capit. 13. ex numer. 86. D. Joſeph. Vela differt. 14. numer. 34. & 37. Hermoſ. in dict. l. 57. gloſ. 1. num. 14. Menoch. conſ. 20. n. 54. Iaſ. in l. tranſactione finita, n. 3. C. de tranſactionib. Nullitáſque opponi non poteſt ab eo, in cujus odium actus annullatur, Barboſa in collectan. ad l. tranſactione finita, n. 4. Menoch. conſ. 792. num. 9. Matheſilan. notab. 156. Cyriac. tom. 1. controverſ. 181. num. 68. Magon. Florent. deciſ. 137. n. 5. Vant. de nullitat. tit. quot & quib. mod. n. 124. Quod limitatur, quando lex contractui reſiſtit, tunc enim ille corruit, quamvis læſus, valere deſideret, Mantic. ſupra, lib. 1. tit. 9. num. 27. Hermoſ. in d. l. 57. gloſ. 1. n. 17. Caroc. d. tit. adverſ. quæſt. det. act. depoſit. n. 14. Tiraq. de legib. connubial. gloſ. 8. à n. 91. Azeved. in l. 2. n. 5. tit. 1. lib. 5. Recop. Idem etiam de jure naturæ tenent Cardin. Lug. cum aliis, n. 77. Molin. diſp. 352. n. 4. Sed Sanch. ſup. n. 3. reſolvit, non teneri doloſum in foro conſcientiæ ad ſtandū contractui, ante judicis ſententiā, quia pœna eſt, quē ſequuntur Bonacin. n. 5. verſ. Sed mihi, Dicaſtill. n. 85. & alii.

At cùm læſus electionem habet, poteſt qui læſit agere, ut 67 ſuam manifeſtet voluntatem, nam ſcilicèt velit ſtare contractui, vel ab eo reſilire? Hermoſ. ubi proximè, n. 16. Azeved. ſupra, Caroc. n. 13. Bart. in l. Iulianus, §. Si quis colludente, ff. de act. empt. Bald. in l. dolum, C. de peric. & comm. rei vend. Padill. in d. l. tranſactione, verſ. Claudicat igitur, Guttier. d. q. 9. n. 10.

Sed ſi dolus, qui in venditione intervenerit, fuerit inci- 68 dens; ipſe læſus non habet electionem, ſed agere debet ad pretii ſupplementū, ſi vendiderit; vel ad reſtitutionem exceſſus, ſi emerit; ad quod deceptor præcisè tenebitur, cui optio etiā hoc caſu propter fraudem ſuam denegatur ad rem reſtituendā, vel recuperandā: ut tenent Mexia, Plaça, Farinac. Matienç. ubi proximè, Hermoſ. in d. l. 56. gloſ. 7. n. 18. Angel. in ſumm. verbo, Dolus, §. 9. Sylveſt. verbo, culpa. §. 7. Molin. n. 12.

Ibi: *Verum ſi quis ſciens juſtum valorem.*

Qui ſciens juſtum rei pretium, utiliùs ab ignorante il- 69 lud emit, dolo videtur agere, atque ideò vel in foro exteriori conſtringetur ad reſarciendam læſionem, etiam infra dimidiam, ut docent cum D. Covarr. Hermoſ. in d. l. 56. gloſ. 9. num. 17. Mexia in pragmatic. tax. pan. concluſ. 1. n. 159. & ad leg. Tolet. d. n. 61. verſ. Sed in foro exteriori, Matienç. in d. l. 1. gloſ. 1. n. 13. ubi alii; qui tamen dubitat ita in praxi obtineri poſſe. Et contrarium expreſſim docet Gloſ. fin. in l. item ſi pretio 25. §. ult. ff. locat. Quod videtur rationi conſonum, neque enim tribuendum eſt dolo, ut quiſque viliùs emere contendat, modò nullum mendacium, fraudemve adhibeat; ſibique venditor imputet, & quod ignarus rei ſuæ valoris ad vendendum acceſſit. Locus verò D. Auguſt. ad forum animæ referendus eſt, quo juſtum pretium omnino ſolvi debet, & ita tenet cum Communi, Molina diſp. 352. num. 13.

Verſ. *Supereſt caſus.*

Tota conſcientia cariùs venditur, aut emitur viliùs ju- 70 ſto pretio, quando alter contrahens valorem rei non ignorat; quia ſcienti, & conſentienti nulla fit injuria, Mantic. d. lib. 4. tit. 20. n. 49. Farinac. in fragment. d. verbo, deceptio, nu. 48. Mench. controv. uſu freq. ent. lib. 3. cap. 48. nu. 2. verſ. Ergo, Panthal. Cremenſ. in d. l. 2. num. 159. verſ. Dices, Abbas in c. 1. n. 3. de empt. Afflict. in c. 1. n. 95. de feud. dat. in vim leg. commiſſor. Tiraq. de legib. connub. l. 9. n. 13. in fin. Boër. deciſ. 142. n. 2. Burg. de Paz in c. cum dilecti, num. 18. de empt. Rip. in l. ſi unquam, n. 18. C. de revocand. donat. Cæpol. de ſimulat. contract. n. 24.

Contrarium autem verius, ac receptius eſt: ſcilicèt pec- 71 care, & ad reſtitutionem teneri, qui ſcienter ultra juſtum pretium quicquam vendit, vel emit, etiam à ſciente valorem rei. Ita Salon. 2. 2. quæſt. 77. art. 1. controverſ. 8. num. 1. verſ. 1. Medina de reſtit. tom. 2. tit. de reb. reſtituend. q. 22. verſ. E contra, D. quæſt. 32. verſ. Quanquam, & quæſt. 36. verſ. Tertia propoſitio: Herm. in d. l. 56. gloſ. 9. n. 34. Scaccia d. ampliat. 10. n. 53. verſ. Contrà hanc, Felician. de cenſib. lib. 2. c. 1. n. 8. cum ſeq. Farinac. ſupra, n. 46. Matienç. in d. l. 1. gloſ. 1. num. 10. Auguſt. Barboſ. in collectan. ad d. l. 2. num. 119. Navar. in cap. qualitas, num. 31. 41. de pœnit. diſt. 5. & in c. novit, notab. 6. num. 66. de judic. Plaça in epitom. delictor. cap. 36. numer. 18. Mexia in d. pragmat. concl. 1. nu. 156. Guttier. practicar. lib. 2. quæſt. 181.

q æſt. 181.num.11.verſ.Quò ſi, Cardin.Lug.diſp.26.num.82. verſ. Arguunt tertio, Dicaſtill.diſp.2.dub.9.num. 131. Molin. diſp.351.num.4. & communiter Theologi, atque ſic tenendum eſt, niſi conſtet, voluiſſe læſum donare ex mera liberalitate id, in quo damnificatus eſt; quod ex circunſtantiis colligi poterit, Mol.ubi proximè, Bon.ſup.quæſt.2.punct.4.n.23

Ibi : *Unde in foro etiam exteriori.*

72 Qui ob læſionem ultra dimidiã convenitur, ſi pretiũ ſupplere eligit, præſtare debet omne illud, quod deeſt uſque ad juſtũ pretium, nec liberabitur ſolvens exceſſum ultra dimidiã, veluti ſi emiſſet rem valentem viginti quinque pro duodecim, reſtituere non unum duntaxat, qui eſt exceſſus ultrà dimidiã, ſed tredecim, quæ ad juſtum pretium deſunt, Hermoſ. in d.l.56.gloſ.7.n 24. Capella Tholoſan. deciſ. 64. Cyn. in d.l.2.quæſt.8. Bald.ibi, n.7.quæſt.12. Caſtrenſ.nu.2. Ant.Gom. dict.cap.2.n.22.verſ. Et adde quod non ſufficit, in quo omnes conveniunt, Pet.Gregor.ſyntagmat.lib.2 3.c.24.n.13. quod intellige juxta tradita ſup.cap.proxim. n.20.

Verſ. *Sextò, in tutelam, & defenſionem.*

73 Argumentum ab abſurdo vitando, quo in præſenti utitur D.Covar. validum eſt in jure, l.nam.ab urorum 7.ff.de bon. libertor. Everard.in cent.legal.loco ab abſurdo 8. Menoch conſ. 1185.num.22. Mantua, obſervat.45. Peregrin.de fidei commiſſ. art. 1.num.45 Mantic.de conjectur.ultimar volunt.lib 3.tit.7. à princip.& de tacit.& ambig.convent.lib.2.tit.13. per totum.

Ibi : *Deinde etiam ſequeretur.*

74 Quando venditio modico pretio facta poſſit nativitate filiorum ex l.ſi unquam, C.de revocand. donat. revocari? docent Boër. deciſ. 143 num 2 Mangil. de imputat. quæſt. 108. num.19 cum aliis, Matienç.in l.12.gloſ. 1.n. 1.tit. 6. lib. 5. Recopil. Anguil.in d.l. gloſ.1. num.25. Ouald. ad Donel. lib. 1 cap. 22 lit E. Ignat.del. Villar, in Sylva reſponſ. reſp.8. 5 lib. Jul.Clar. recept.reſen. lib. 4 §. Donatio, quæſt.24.n.m 5 Trentacin q.variar. lib.3. tit. de donat. reſolut.4.n.6. cum ſeqq.

Ibi : *Præterea, & tertiò, ſi hic donationem.*

75 Venditionem vili pretio per patrem factam in præjudicium liberorum poſſe ab eiſdem revocari, niſi tempore mortis ſuperſint bona, ex quibus integra legitima deduci poſſit, computato etiam, quod in alienatione rem ſit; ſentiunt Merlin. de Legitim. lib. 2. tit.1 quæſt. 18. num. 10. Peregrin.de fidei commiſſ.art.36. numer 37. Cyn. in l.1.in 7. quæſt. C. de inoffic.donat. Bald.ibi, num. 16 Ripa in l.ſi unquam.q.9.C de revoc. donat. Bart.in l.2.ff.ſi à parent. q. fuer. manumiſ. Mar.a de ſucceſ.leg.l.part.1.quæſt.25 art.7.à n. 18. Quo caſu filius agere non valet ad pretii ſupplementum ſed ad reſciſſionem contractus, oblato priùs quod pater accepit, Mangil. de imputat. quæſt.108. in fine, Merlin.ſupra, n.16. Sed quia res hæc dubia eſt valdè, & DD. cum limitatione loquuntur, conſulere oportebit Menchacam controverſ.illuſtr.lib.1.cap.37.ex num.1. Coſta in cap.ſi pater, part.3.verbo, privare non poſſit, n.23.cum aliis, de teſtament. in 6. Peguer.deciſ.271.n. 15. verſ. Si verò alienatio, Cervantes in l. 6. Taur. numer. 36. Cancer. part.1. cap. de donat. num.86 Mangil. de imputat.q.93. num. 16.17.18.36.38.& d.q.108.n.8.cum ſeqq.

Ibi : *Nam ad primum conſtat.*

Ad hæc argumenta, ubi propoſita ſunt, reſpondimus. Vide ſuprà, numer. 37.cum ſeqq.

Ad Num. 13.

76 Quod venditor læſus ultra dimidiã, re perẽpta, quę vẽdita fuit, apud emptorem, nulla ejuſdem culpa interveniente, poſſit agere ad pretii ſupplementum ultra laudatos, hic à D.Covar. defendunt. Mexia in dict pragmat. concluſ. 1. num. 158 ad fin. Gozad. conſ.44. col. 2. Iaſ. in l. ubi autem, § Qui illud, col.1.ff de verb.oblig. Beroj.in c. cum dilecti, n.75.79. de emp. Cui ſententiæ ſe ſubſcribunt, ſi res poſt litẽ conteſtatã ſuper reſciſſione cõtractus perierit. Hermoſ in dict.l.56 gloſ. 10.n.10. Matienç.in l.1.gloſ.8 n 32.tit l.1.lib 5.Recop. Gutierr. practicar.lib.2.quæſt.137.in fin. Cevall.quæſt.443 num.3. Barboſ. ubi proximè, n.148. Britto in rubric.de locat. part.2 §.2.n 31. Etſi contrarium tueatur Garcia de expenſ.c. 18.n. 43. Qui, non obſtante litis conteſtatione, emptorem liberari putat.

Ratio primæ, ac præcipuæ aſſertionis eſt, quoniam, ut eam tuentes exiſtimant, ex dict l.2. tam res ipſa, quàm pretii ſupplementum ſunt alternativè in obligatione; quare licet obligatio extinguatur quoad rei reſtitutionem, eadem peremptâ, permanet quoad ſupplementum pretii, ad quod præciſe compelli poteſt, ut in aliis alternativis obligationibus, in quibus Rei electio eſt; l.Stichum 95. § 1.ff de ſolut. Sed verius eſt, ſolùm rem ex ea conſtitutione eſſe in obligatione, pretii verò ſupplementum in electione emptoris ut ſentiunt quàm plurimi ſtatim referendi, & latè diſputat Pinell.in d.l.2.part 3.cap. 1.à principio.

Secunda verò propoſitio, de re perempta poſt litem conteſtatam, ea nititur ratione; nam cùm poſt moram ejus, qui læſit, res pereat, perindè convenitur ac ſi exiſteret; l.quod te mihi 5.ff.ſi cert.petat.l.ſi ex legat. cauſa 23.l.cum fi ius 49 ff.de verb. oblig. Mora autem per judicialem interpellationem committi, nemo ambigit, Pichard. in tract.de Mora, n.45. Ex quo videtur poſſe probari ſententia Ioannis Garciæ nuper tradita contra Communem, quando qui læſit juſtam cauſam habet litigandi, tunc enim minimè in mora conſtituitur cùm culpa vacet; Tiraq.de retract.linag §. gloſ. 2. Pichard.num.33. Menoch.de arbitrar. lib.2 caſ. 20.n.30. atque ita re extincta, judicio pendente, deceptor liberabitur, qui moram non incurrit litigando.

Ad Num. 14.

Ibi : *Contrarium expreſſim probat.*

77 Contra præcipuam concluſionem proximè poſitam, ſcilicèt, re extincta apud emptorem abſque ipſius culpa, non eſſe audiendum venditorem ultra dimidiam læſum, ſi prætii ſupplementum poſtulet, docent Ant. Gom. dict. capit.2.numer.22.verſ.Item adde, quòd ſi præ ſtates, Greg. Lop. in dict.l.56 gloſ.10. Hermoſ.ibidem, n.12. Parlad. differen.50.n.4. Cevallos ſupr.nu.2. Guttier dict.lib.2.quæſt.136. Fachin.dict.lib.2 controverſ.capit.18.in fin. Brit.ſupr.ex n.29. Trentacinq.lib.3.variar.tit.de ſolut.reſol.11.n.13.verſ Quarto non procedit, Barboſ.ſupr.n.140. Mozz.de contract.tract. de empt.tit.quib.caſib.annu etur emptio. Rebell. de oblig.t.juſtit. part.2.lib.9.quæſt.3.ſect.2.n.10. Pinell.in dict.l.2 part 2.cap.1. n.36.37. Padill.ibi n 37.in fin. Matienç.ſupr.num.26. Azeved. in l.1. numer.26.tit.11.lib.5 Recop. Molin. dict. diſp.349.numer.6 Dicaſtill.numer.313. Petr Greg.dict.lib.25 cap.24.numer.18. Idem juris erit, ſi res ſimiliter ſine culpa emptoris fuerit penes venditorem extincta; nam iſte, quamvis læſus ultra dimidiam, agere ad pretii ſupplementum prohibetur; Barboſ.numer.143. Matienç. dict. numer. 32. Pinel. dict.capit.1.in fin. Hermoſ. numer.5. Fundamentum potiſſimum hujus veræ opinionis eſt, nam ut ex dict.l.2. conſtat, & præfati DD. præmittunt, cùm ſolùm res vendita ſit in obligatione, pretii autem ſupplementum in electione ipſius, qui læſiſſe dicitur, cui favorabiliter conceſſerunt Cæſares, ut ſi voluerit, poſſit quod emit, juſto pretio ſoluto, retinere; inde provenit, ut re perempta omnino liberetur à reſtitutione rei, quia debitor ſpeciei, perempta ſpecie, liberatur; d.l.ſi ex legati cauſa, cum ſimilibus; multo magis à pretii ſupplemento, quia ad id obligatus non eſt, niſi cum retinere rem elegerit, quod, ea extincta, locum nequit habere; de quo Pinel.d.cap.3.à principio.

Ibi :

78 Ibi : *Secunda, re perempta abſque emptoris culpa.*

Re abſque deceptoris culpa perempta apud tertium poſſeſſorem, qui juſtum pretium numeravit, adhuc læſus agere poterit contra primum emptorem ad pretii ſupplementum, qui ſolùm tenebitur præſtare, quod ultra datum à ſe, accepit à Tertio uſque ad juſtum valorem rei, & non ampliùs; unde ſi rem valentem viginti, novem emit, ac poſteà vendidit alteri triginta tantum, viginti reſtituere læſo compelletur Barb.num.146. Pinel.d.c 1.num. 38. Matienç.num 31 Hermoſ.num.8. Alberic. in dict.l.2.num. 11. Fulgoſ.ibi num.7.ad finem. Guttierr.d.quæſt.136. in fine. De quo ſup.cap. proxim. num. 87.ubi alios refero, ratione reddita.

Ibi : *Ex quibus tertia deducitur.*

79 Si res caſu pereat apud emptorem, cum ipſe ultra dimidiam læſus fuerit, ad reſtitutionem exceſſus petendam admitti poſſe ſentiunt cum D. Covar. Panormitan. in dict. cap.cum dilecti, ad finem, de emp. Phantal. Cremenſ. in dict. l.2. amplicat. 25. propè finem: Menchaca controverſ. uſufrequen. lib.3.cap.62.numer.13. Garcia dict.cap.18. numer.43. in fine; Sed nullam actionem emptori læſo ſupereſſe, adverſus D.Covar. tenent Hermoſ.num.4. Barboſ. numer. 141. Ant. Gom. dict.num. 22. verſ. Si vero emptor, apud quem Bart. Bald. Caſtrenſ. Cyn. & Oldofred. Pinel.ſupra, num.39. Villalobos in ærar.commun.opin.lit. C. num. 28. Matienç. dict.gloſ.8.num.33 verſ.Sed jure, Azeved. ubi proximè, Guttierr. dict. quæſt.137. Morla in empor. p. 1. tit. 9. in proœm. num.45. Favet expreſſim l.56 tit.5.p.5. ubi Idem, quod dicitur de re extincta, deciditur, ſi valdè fuerit deteriorata: & quamvis prior opinio æquior ab omnibus judicetur, poſterior magis juri videtur conſonare; nam cùm d. l. 2. læſis ultra dimidiam ex humanitate præſtet auxilium, conceſſa lædentibus electione, ubi ob rei interitum optio dari non poteſt, non erit admittendus, qui ad pretii ſupplementum præciſè agit, contra formam legis, & mentem, quæ nullo caſu voluit, ut deceptor pretium ſupplere cogeretur, ſed hoc ipſius electioni reliquit, ut nuper dicebamus. Hæc autem ſententia tunc proculdubio procedet, cum culpa, vel facto emptoris læſi, rei extinctio contigerit. De quibus ſup.cap. proxim.num.88.ubi opinionum conciliatio.

80 Quotieſcunque igitur culpa deceptoris intervenit in rei interitu, læſus, ſivè ſit venditor, vel emptor, agit præciſè ad ſupplementum, aut reſtitutionem exceſſus, Barboſ.n. 145. Tiraq.de retract.lignag. ad fin. tit.1.n. 61.71. Hermoſ. n.7. Pinel.d.part.2.cap.3.n.34.

81 Utrùm autem aliud remedium læſis ſuperſit, ubi ab hoc ex aliqua cauſa excluduntur? Videndum eſt apud Hermoſ. in dict. l. 56 gloſ.11.num. 130. & poſſe læſum adire judicem Eccleſiaſticum per denunciationem Evangelicam, ut alterum contrahentem ad reſtitutionem compellat, docent Card.Lug.d.diſput.22.num.96 Molin.diſp.352.n.4.ubi improbat Navarr. aſſerentem hoc à Principibus ſæcularibus, Eccleſiaſticis judicibus prohiberi; tamen nunquam læſos ad hoc auxilium recurrere vidimus.

AD CAPUT V.

Utrùm Venalia ſub legato omnium bonorum contineantur? Ad interpretationem leg.Generali : §. uxori, ff. de uſufruct. legato.

SUMMARIUM.

1 *De materia ſcribentes referuntur.*
2 *Legato omnium bonorum, vel uſufructus eorum merces comprehenduntur.*
3 *Idem eſt de pecunia.*
4 *Præfata procedunt in donatione, & aliis.*
5 *Legatum certi generis bonorum venalia non continet.*
6 *An in generali obligatione veniant merces? & numer. 7. 8.*
9 *Quid de pecunia.*
10 *Obligatis bonis quæ in certo loco ſunt, venalia non continentur. Contra, n.12.*
11 *Quoad pecuniam diſtinguitur.*
13 *Ubi debitor quid venale excepit, venalia cætera manent obligata.*
14 *Mercibus obligatis diſtractis, non datur actio in tertium poſſeſſorem.*
15 *Sub obligatione mercium futuræ veniunt.*
16 *Item pecunia redacta ex illis.*
17 *Merces emptæ ab hærede mercatoris non ſubrogantur loco earum, quæ ſunt diſtractæ quoad hypothecam.*
18 *Limitatur concluſio tradita n.14.uſque ad num.20.*
21 *Differentia inter legatum, & obligationem bonorum.*
22 *Utrùm merces in prædium illatæ ſint obligatæ locatori, & num. 23.*
24 *Legato omnium rerum, quæ in tali domo ſunt, venalia non cedunt. Limitatur n.28. & 29.*
25 *De intellectu* l.pediculis 34.§.Item cum quæreretur, ff. de aur.& arg.leg.
26 *Si legentur bona indefinitè, an merces debeantur?*
27 *In dubio verborum menti ſtandum eſt.*
30 *Fructus ex propriis agris percepti, etſi venales habeantur, inter venales merces non numerantur, & n. 31.*
32 *Legans res exiſtentes in aliquo loco, excepta aliqua venali, omnia venalia relinquere videtur.*
33 *Ob qualitatem perſonarum, verba ampliantur ad venalia.*
34 *Exceptio bona eſt de contentis ſub regula.*
35 *Regula ex exceptionibus ſolet ampliari. Declaratur numer.49.*
36 *De intellectu* l. nam quod liquidæ, §.fin.ff. de pen. legat. *n.37.38.*
39 *Per exceptiones regula declaratur.*
40 *Favore hæredis in dubiis contra legatarios reſpondetur.*
41 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
42 *Exceptio non firmat regulam in caſibus excepto ſimilibus.*
43 *Similes caſus qui dicantur.*
44 *In correctoriis non datur extenſio. Limitatur n.45.*
46 *Caſus omiſſus relinquitur in diſpoſitione juris communis.*
47 *Caſus omiſſus non dicitur, qui ſub diſpoſitione vel tacitè continetur.*
48 *Dictio taxativa non impedit extenſionem, quæ de jure fieri debet.*
50 *Ex exceptione unius, cæterà ſimilia ſub regula comprehendi intelliguntur.*
51 *Inducta ad deminutionem poſſunt indirectè augmentum operari.*
52 *Contrariorum ea eſt natura, ut, uno cognito, in alterius cognitionem perveniatur.*
53 *Regula, & exceptio, etſi inter ſe contrariæ, ſub diverſa ratione juri utraque convenire poteſt.*
54 *Ut exceptio ſit congrua debet aliqua ratione ſub regula contineri.*
55 *In ultimis diſpoſitionibus ſufficit conjecturata voluntas.*
56 *Non ſufficit, ut congrua ſit exceptio, quod ſolùm juxta verborum corticem exceptum ſub regula contineatur.*
57 *De ſignificatione, ac vi particulæ, ſeu, uſque ad finem.*

DE iis, quæ caput iſtud complectitur, conſulendi ſunt Menoch.de præſump.lib.4.præſumpt. 137. Merlin.de pignorib.lib.2.quæſt.45.46. Afflict. deciſ.106. Cardin. Mantic. de conjectur. ultimar. volunt.lib.9.tit.6. Arias Pinel.in rubric. part.1.n.38.cum ſequentib.C.de bon.matern. Paulus de Montepico in l. Titia, §.Titia, n.112.ff.de legat.2. Mareſcot variar. reſolut.lib.1.cap.24. Strach. de mercatura, tract. de contracti mercator. tit.mandati, §.ult. Neguſant.de pignorib.memb.2. part.2. principal.à principio: Cevallos commun. contra communes, tom.1.quæſt.444. Put. deciſ.297. Ludovic.Gom. in §. Item Serviana, Inſt. de actionib. Molin. de juſt. tract.1. diſput.205.

Ad